



21  
Bl. 89



PRAECLARAM  
NATORVM INDOLEM,

tamquam

*Efficacem, Parentum, pro alleviandis morbis,  
curisque, medicinam,*

Anno MDCCXXXV. XXIV. Febr.

Tempore, felicitis recurfus,

DIEI NOMINALIS,

*Viri Admodum Reuerendi, atque Celeberrimi,*

MATTHIAE  
BELII,

Ecclesiae Euangelicae Pofonienfis,

*Pastoris vigilantiffimi, meritiiffimi,*

Parentis fui, ad cineres vsque deuenerandi,

In

*Filialis obsequii testificationem,*


agrefsi calamo cecinit,

CAROLVS ANDREAS BELIVS.

A. A. L. L. Cultor.

id. v





**L**onga dies bruma, glacialibus aspera ventis,  
Tædia magna parat, *Lachesis* mala retia nutrit,  
In fanos, morbos adfert, ruit impete velox,  
Falce furente ruit, mors in iuuenesque senesque,  
Vtque rapit iuuenes, sic ad se ducit adultos,  
Discrimen nullum scit, in alta Palatia Regum,  
Ingreditur, Dominos non respicit illa potentes,  
Lege vocat cunctos, Lex aspera! legibus huius,  
Reges vt seruus, iuuenes, vt subsit adultus;  
Sic subsunt omnes. Cui non hæc bruma nocebit?  
Qua sol cornigerum, currens, post terga relinquit,  
Inde datum molitur iter. tropicumque repenti  
Accedit cursu, radios quoque spargit abinde  
Densos, calfaciunt terram, multoque vapore,  
Aer stagnauit; nam sustulit *Aeolus* auras,  
Imperioque suo, cunctos reuocauit, & istum,  
*Hispanicam* classem, submergat, at ille *Britannos*,  
Ad *Siculos* pellat. Quid mirum semina morbi,  
Quodsi spargantur, si fata sinistra resurgant,  
Aere tranquillo, quum sint ad classica venti,  
*Hippodatis* iussu. Febris vis, obruit istum,  
Illum debilitant, vt sunt, contagia mille,  
Hunc, dolor in lectum capitis deponit, & illum  
Languor membrorum, vetat exiuisse iacentem.  
Hem! sic bruma viros censet, corrupta vapore;  
Hanc in censuram venit *Melibæus*, & ecce,  
Vi morbi tactus, fertur renouasse dolorem,  
Quem pia concepit, per tristia fata *Menalce*,  
Turba, nec æger agit magnus *Melibæus* in agris,  
Ille gregem, non lacte suos, velut ante, refecit,

Verbi

Verbi nunc lactat, positas nec in ordine vites  
 Circuit & reficit; salices nunc carpit amaras  
 Omne pecus, mœrore gemit, *Melibæja*, doletque  
 Fata, luem damnat, sua quum contagia lustrat.  
 Conueniunt *Medici*, *Podalyrius*, atque *Machaon*,  
 Consilium capiunt, *Boream* suadentque reducant  
 Legati, responsa ferunt, fert *Aeolus* auras.  
 Promittunt ægro medici spirante salutem  
 Vento, disculis modicum stagnantibus auris;  
 Horret adhuc animus, manifestaque gaudia differt,  
 Dum stupet, & tanto, cunctatur credere voto.  
 Euentus vero *Medicis* respondet, & adfert  
 Auram purgatam; coepit *Melibæus* ouare,  
 Sanior esse simul; nati de pectore vota  
 Vota ferunt, gratantur ei, tum filius vnus;  
 Dilecto patri, gracili dum voce perorat,  
 Exhilarat patrem, patrem vis aspera fuit  
 Morbi. Cur *Melibæe* tuis, turbarer iniquis  
 Fatis? ecce redit, purus post *nubila Phœbus*,  
 Fertque refertque diem, nunc terque quaterque serenam,  
 Auram stagnantem, commouerat aura secunda,  
 Candidus ire dies consuevit, nube repulsa,  
 Arcet cum nebula morbos. *Melibæe* quid ergo?  
*Aeolus* oratus, precibus motusque remisit  
 Ventos. Mox melius coepit *Melibæus* haberi,  
 Quæ prius *Lachesis*, constrinxit retia, iam nunc,  
 Soluit & indullit vires, quas perdidit olim,  
 Reti retracto. Sed, quid *Melibæja* moramur?  
 Mi dulces *Muse*! mi grata caterua sororum,  
 Huc ades & mecum, patri pia vota, sorores,  
 Dicite, quem cerno, *Lachesis* vitare ruinam,  
 Auxiliante Deo: Morbus tentauit eundem;  
 Verum non potuit hunc in sua ducere castra,  
 Restitit ipse *DEVS*, simul & medicina proborum  
 Doctorum. Sic atra tulit mors victa, repulsam,  
 A victore *DEO*, quem supplice voce rogauit,  
 Te sinat incolumem rursus *TVA* festa videre.  
 Ecce locum precibus, summum dat numen ab altis,  
 Et facit, vt cunctos lapsos spe, rursus in altum  
 Erigat, & nebulis pressis, *Phæbea* remittat  
 Lumina; dispellant nubes, nebulasque; nouasque  
 Reddat ei vires, quem fregerat ante vigentem.

Iam

Iam *Celebres* MVSÆ, mecum, noua gaudia plebi  
Colligite, & claris nomen celebrate theatris,  
Numinis atque suum, sufferte per astra, fauorem,  
Quo me, quoque meos, & quo pia corda leuauit,  
A morore graui, quem morbus contulit ipsi:  
Cuius, dulcis amor, nos semper amabat, alebat,  
At Diui cunctos, sanat medicina dolores,  
Accedit vigilans Doctorum cura virorum;  
Sic, vt vtraque, DEI, *Medici*, virtute resectus,  
Non egeat *Medicia*, nec lectis mollibus æger,  
Nec lacrymis vlis, hodierna luce dolentes,  
Iam video. Taceant *Niobes Niobumque* dolores,  
In *Charitum* risum, vertantur, & omnia profus  
Pregnanti clamore vacent, *Marentia* tandem,  
*Alyonum* positis requiescant ora quarelis,  
Iamque refert, noua vota Diis pro patre canamus,  
Vos *Muse*, Tu mater amans, vos atque forores,  
Et vos carorum fratrum, pia corda parenti,  
Dicite vota pio, redeuntia festa vouete  
Fausa; precare, cohors turbata dolore: Refurgat  
Hæc Tibi festa dies, per plurima tempora, sano.  
Et mea vota fero paucis, tu uiuito fortis,  
Fortiaque aduersis opponito pectora rebus.  
Viue mihi, tutela, decus, laus vnica semper,  
Vt fueras hactenus, nostri iudicis honoris,  
Sis vltro: fateor me TEQUE TVASQUE perennes  
Virtutes, in amore pari, tandemque secundis,  
Nec non aduersis culturum, tempore quouis;  
Vt quoties venti, contraria flatibus in TE,  
Contulerint, toties gaude, præsentibus illis,  
Atque recordando virtutum, plaudere possis.  
Di faciant, liceat gaudere mihi que TVISQUE  
Nominis hocce die, quo tu bona tempora cernis,  
Iungere mente pia, solemnia gaudia iunctim.  
Iam vos huic mecum, pergratae plaudite *Muse*,  
Lætitiæ date signa mee, date vota PARENTI.



Ung VI 4

(x 2743293)



U 17  
U 15







PRAECLARAM  
NATORVM INDOLEM,

tamquam

*Efficacem, Parentum, pro alleuiandis morbis,  
curisque, medicinam,*

Anno MDCCXXXV. XXIV. Febr.

Tempore, felicitis recursus,

DIEI NOMINALIS,

*Viri Admodum Reuerendi, atque Celeberrimi,*

MATTHIAE  
BELLII,

Ecclesiae Euangelicae Poseniensis,

*Pastoris vigilantissimi, meritissimi,*

Parentis sui, ad cineres vsque deuenerandi,

In

*Filialis obsequii testificationem,*

agresti calamo cecinit,

CAROLVS ANDREAS BELIVS.

A. A. L. L. Cultor.

...; teLLVs,  
... Morbos;  
...at  
...ori aestimatissimo post acceptas in Arte  
... patrios repetenti lares nouebat  
DWSKY, Leuchouia - Vng.  
...ore  
...anguine fuso,  
...us: Indos  
...mina rerum.

